Metuentes dominum sustinete misericordiam eius: et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominum credite illi: et non evacuabitur merces vestra. Qui timetis dominum sperate in illum: et in oblectatione veniet vobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illum: et illuminabuntur corda vestra. Respicite filii nationes hominum: et scitote quia nullus speravit in domino et confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius et derelictus est? Aut quis invocavit illum et despexit eum? Quoniam pius et misericors est deus: et remittet in tempore tribulationis peccata: et protector est omnibus exquirentibus se in veritate. *Epistola.* Gratias agite? [illegible] *Epistola de communi* [illegible] *Epistola.* Confitebor tibi [illegible] *De sancto Felice epistola.* Fulgebunt iusti [illegible] *De sancto Philippo* [illegible] *Graduale.*

Gloriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens prodigia. *V.* Dextera tua domine glorificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicos. *Gr.* Clamaverunt iusti et dominus exaudivit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. *V.* Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu salvabit. *Gr.* Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. *V.* Cantate domino canticum novum: laus eius in ecclesia sanctorum. *Grad.* Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. *V.* Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre. *Gr.* Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie. *V.* Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. *Gr.* Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. *V.* Laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. *Alleluia. V.* Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. *Alleluia. V.* Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. *Alleluia. V.* Iudicabunt sancti nationes et dominabuntur populis: et regnabit illorum rex meus. *Alleluia. V.* Mirabilis deus in sanctis suis. *Alleluia. V.* Gaudete iusti in domino: rectos decet collaudatio. *V.* *Alleluia. V.* Fulgebunt iusti et tamquam scintille in arundineto discurrent in eternum. *Alleluia. V.* [illegible] *Secundum Lucam.*

In illo tempore: [illegible] stetit in loco campestri [illegible] discipulorum eius et multitudo copiosa plebis ab omni Iudea et Hierusalem et maritima et Tyri et Sidonis qui venerant ut audirent eum et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes quia vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis quia saturabimini.

[illegible] quid [illegible]
Beati eritis cum vos oderint homines
et cum separaverint vos et exprobraverint
et eiecerint nomen vestrum tamquam malum
propter filium hominis. Gaudete in illa die
et exultate. Ecce enim merces vestra
multa est in caelo. Matheum.
In illo tempore videns Iesus turbas ascen-
dit in montem. Et cum sedisset accesse-
runt ad eum discipuli eius. Et aperi-
ens os suum docebat eos dicens. Beati
pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum
caelorum. Beati mites quoniam ipsi possede-
bunt terram. Beati qui lugent quoniam
ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et
sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabun-
tur. Beati misericordes quoniam ipsi [illegible]
[illegible] Beati [illegible]
[illegible] videbunt. Beati pacifici
[illegible] Beati [illegible]
[illegible]
ipsorum est regnum caelorum. Beati estis
cum maledixerint vobis homines et persecuti
vos fuerint et dixerint omne malum
adversum vos mentientes propter me.
Gaudete et exultate quoniam merces vestra
copiosa est in caelis. Lucam.
In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Cum audieritis
praelia et seditiones nolite terreri. Opor-
tet primum haec fieri, sed non statim finis.
Tunc dicebat illis. Surget
gens contra gentem et regnum adversus
regnum, et terraemotus magni erunt

per loca, et pestilentiae et fames, terroresque
de caelo, et signa magna erunt. Sed ante
haec omnia inicient vobis manus suas et
persequentur, tradentes in synagogas et
custodias, trahentes ad reges et prae-
sides propter nomen meum. Continget
autem vobis in testimonium. Ponite ergo in
cordibus vestris non praemeditari quem-
admodum respondeatis. Ego enim dabo
vobis os et sapientiam, cui non poterunt
resistere omnes adversarii vestri. Tra-
demini autem a parentibus et fratribus et cog-
natis et amicis, et morte afficient ex
vobis. Et eritis odio omnibus propter nomen
meum. Et capillus de capite vestro
non peribit. In patientia vestra possidebitis
[illegible] Lucam. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
que non sciatur. [illegible] quae in tenebris
dixistis in lumine dicentur, et quod in
aurem locuti estis in cubiculis praedica-
bitur in tectis. Dico autem vobis amicis
meis: ne terreamini ab his qui occidunt
corpus, et post haec non habent ampli-
us quod faciant. Ostendam autem vobis
quem timeatis. Timete eum qui
postquam occiderit habet potestatem mittere in
gehennam. Ita dico vobis hunc ti-
mete. Nonne quinque passeres vene-
unt dipondio, et unus ex illis non
est in oblivione coram Deo. Sed